

æternum. Deus vos a peste, corpora & animas infestantem fervet & sub umbra alarū suarum protegat. Basil. Calendis Mart. 1583.

Tuus ex corde toto

J. Grynæus.

P. S. Oro etiam, ut si quas ad Schlauderspachium adjunxero, eas Tubingam tuto mittas: nam includam consolatorias ad Dn. (b) Schreckium, cui etiam cæcitatem quidam objiciunt.

EPISTOLA XXIV.

S Libenter ad te, Vir Clarissime & Optatissime Dn. Compater me dare literas & ex eo facile colliges, quod cum nuper per D. Henr. Holtermann ad te scripserim, nunc has ideo adjungo: ut tibi una mitterem Tabulam meam de controversia Eucharistica.

(a) No-

(b) *Jacobum*, Med. Prof. Tubing. qui A. 1577. visu peritus privatus est, cumque quidam Ophthalmicus sese ei visum restituere velle, pollicitus esset, respondit: *se multa invita vidisse, quæ maluisset non videre, optare se, ad nonnulla etiam surdum fuisse.* Multa de eo notatu digna habet de Ecclesia *gynæios* Lutherana immortaliter meritis. *Joh. Fechtius in Noctibus Christianis Tomo I. p. 17, 22, 47, 54, 89.*